Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Verba ecclesiastes filii david regis hierusalem. Vanitas vanitatum
dixit ecclesiastes. vanitas vanitatum. et omnia vanitas. Quid habet homo
de universo labore suo. quod laborat sub sole. Generatio praeterit et ge
neratio advenit. terra autem in eternum stat. Oritur sol et occidit. et
ad locum suum revertitur. ibique renascens gyrat per meridiem. et flectitur
in aquilonem. Lustrans universa circuitu pergit spiritus. et in circulos
suos regreditur. Omnia flumina intrant in mare. et mare non
redundat. Ad locum unde exeunt flumina revertuntur. ut iterum
fluant. Cunctae res difficiles. non potest eas homo explicare sermone.
Non saturatur oculus visu. nec auris impletur auditu. Quid est
quod fuit. ipsum quod futurum est. Quid est quod factum est. ipsum quod fi endum
est. Nihil sub sole novum. nec valet quisquam dicere. ecce hoc recens
est. Iam enim praecessit in seculis. que fuerunt ante nos. Non est priorum
memoria. sed nec eorum quidem que postea futura sunt. erit recordatio apud
eos qui futuri sunt in novissimo. Ego ecclesiastes fui rex israhel in hierusalem. et pro
posui in animo meo querere et investigare sapienter de omnibus que
fiunt sub sole. Hanc occupationem pessimam dedit deus filiis ho
minum. ut occuparentur in ea. Vidi que fiunt cuncta sub sole. et ecce
universa vanitas. et afflictio spiritus. Perversi difficile corriguntur. et
stultorum infinitus est numerus. Locutus sum in corde meo dicens.
Ecce magnus effectus sum. et praecessi sapientia omnes qui fuerunt ante me
in hierusalem. et mens mea contemplata est multa sapienter et didicit.
dedique cor meum ut scirem prudentiam atque doctrinam. erroresque et stul
ticiam. et agnovi quod in his quoque esset labor et afflictio spiritus. eo quod in
multa sapientia multa sit indignatio. et qui addit scientiam. addit
et laborem. Dixi ego in corde meo. Vadam et affluam deliciis. et
fruar bonis. Et vidi quod hoc quoque esset vanitas. Risum reputavi er
rorem. et gaudio dixi. Quid frustra deciperis. Cogitavi in corde meo
abstrahere a vino carnem meam ut animum meum transferrem ad sapi
entiam. devitaremque stulticiam. donec viderem quod esset utile filiis ho

Diligite iusticiam. qui iudicatis terram. **[illegible rubric]** minum.
Sentite de domino in bonitate et in simplicitate cordis querite
illum. quoniam invenitur ab his qui non temptant illum. apparet autem eis qui fi